



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **AD FIRMIORES** IN REPUBLICA NAURANA NUNTIATURA
APOSTOLICA CONDITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Ad firmiores reddendas necessitudinis rationes hoc ipso die
publice initas inter hanc Apostolicam Sedem et Rempublicam Naurunam et ad aptius providendum simul catholicae
Ecclesiae regimini atque profectui in illa Natione, Nobis per opportunum videtur ibidem Apostolicam Nuntiaturam condere.
Audita igitur Congregatione pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque Litterarum virtute in
Republica Nauruna Nuntiaturam Apostolicam constituimus, factis omnibus iuribus, privilegiis et indultis, quae huiusmodi
Legationum, praesertim earum sub iurisdictione Congregationis, quam supra diximus, positarum, propria sunt. Has
denique Litteras, in forma Brevis Maioris expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus
non obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die I mensis Iunii, anno MCMXII,*
Pontificatus Nostri quarto decimo. ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status © Copyright 1992 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana